

jecta hic Percensio ad edit. *Val-larsianam* exacta docet. *Fol. 35.* p. 2. Epistola CX. *Aug. ad Hier.* capite trunca est, ab iis verbis incipiens: *Cur itaque conor contra fluminis tractum &c.* *Fol. 140.* Exhortatio quaedam ad perfistendum in bono, quae incipit: *Ad te manum meam extendo, quem sentio dei tenere vexillum &c.* quamque in *Hieronymo* non reperio. Cum vero antecedit, et dictione imitetur Epistolam sic dictam: *De homine penitente adhuc in seculo manente*, quam *Val-larsius*, ut spuriam, in T. XI. col. 230. rejecit, eundem utriusque autorem ignotum arbitror. *Fol. 153.* Epistola sive Sermo de *Assumptione B. V.* hoc initio: *Cogitis me, o Paula et Eustochium &c.* relegata ad T. XI. col. 92. *Fol. 163.* p. 2. Epistola de officiis *Ecclesiasticis*, quae incipit: *Sufficere quidem arbitror fidei tue conversationem &c.* eodem relegata col. 114. *Fol. 172.* insertus est *Liber contra Helvidium: Nuper rogatus a fratribus &c.* qui in edit. habetur T. II. col. 205. *Fol. 187.* p. 2. *Symbolum ad Damasum: Credimus in unum deum patrem omnipotentem &c.* retrusum in T. XI. col. 145. Reliqua omnia sincera sunt, et leguntur, quanquam non absque aliqua dictionis discrepantia, in edit. *su-prac.* T. I.

II. *fol. 204.* p. 2. sequitur Opusculum, quod in Indice *Codici* subnexo inscribitur: *Augustinus ad Militem*, a *Maurianis* vero inter *Augustino* subposita T.

VI. *append. col. 193.* *Liber exhortatorius vulgo de salutaribus Documentis ad quemdam Comitem*, cujus initium est: *Frater si cupias scire quamvis ego nesciam &c.* Codex *Colbertinus*, quem *ibid.* excitant, illud *Paulino Foro-Julienensi* adtribuit.

III. *fol. 223.* Sermo anonymus, qui incipit: *Desiderium caritatis vestre a nobis exigit &c.* *Juvenis Senibus* commendat quadruplicem caritatem, quae omnia tolerat, omnia credit, omnia sperat, omnia sustinet. Ultima: *ut eadem ipsa caritas fructum in vobis operis inveniat non folia laudis Amen.* Autorem frustra indagavi.

IV. *fol. 226.* p. 2. Sermo alter Anonymus hoc initio: *Quoniam karissimi in via huius vite fugitivi sumus &c.* Ad Monachos habitum fuisse sequentia suadent: *velox ad mensam et tardus ad ecclesiam, potens ad potandum sed eger ad cantandum, peruvigil ad fabulas, somnolentus ad vigiliis, procax ad loquendum mutus ad psallendum.* Item: *Hec sunt que monachum faciunt demoniacum, conuersum peruersum, Clericum hereticum, Christianum anticristum &c.*

CCXLIX. VI. 2. 8.

Codex chartaceus lat. Sec. 218 XV. Folior. nunc 202. f. deperit enim post *fol. 157.* aliquid, ut infra dicetur, per duas columnas probe exaratus continet praemisso Indice: I. Epistolas *Hieronymi* et quorundam *Aliorum* ad

Hie-

Hieronymum, ex editis numero LXXIII. De quibus quaedam adnotare visum. Inscriptio miniata est: *Incipiunt Epistole beatissimi Ieronimi doctoris eximij ad diuersas personas.* Fol. 16. Epistola ad *Amandum* Presb. (*Vallarsii* T. I. col. 293.) fecta est in duas, ita, ut a verbis: *Propositio fuit de eadem epistola pauli apostoli &c.* nova incipiat hoc rubro: *Epistolaris responsio ad amandum.* Id, quod et in aliis *Codd.* observatum testantur *Edita l. cit.* Fol. 24. inferta est *Epistola sacre sententiae Theodocij*, Cento praeceptorum moralium ad modum *Capitulorum Iohannis Carpathior.* Ep. *Theodori Studitae* &c. qui incipit: *Perfectus homo est, qui seipsum cognoverit &c.* et finit: *mei memores semper estote.* Quis hic *Theodocius* s. *Theodosius*? *Eod. fol. p. 2.* rubro: *Caput de ewangelio luce interpretatum Ad galasiam.* hoc initio: *Quaestiunculam proposuisti qui sit uillicus iniquitatis &c.* Est *Quaestio VI.* ex XI. ab *Algasia Hieronymo* propositis, habeturque in edit. *suprac.* col. 843. Fol. 48. p. 2. Epistola spuria *Hieronymi ad Tyrasium super morte Filiae.* In edit. T. XI. col. 261. Fol. 52. Liber *adversus Vigilantium.* In edit. T. II. col. 387. Fol. 55. Epistola ad *Oceanum de uita clericorum.* In edit. rejecta ad T. XI. col. 270. Fol. 96. Integra ad *Algasiam de Quaestionibus XI.* Epistola, e qua supra, ut dixi, sola *Quaestio VI.* antecessit. Fol. 112. p. 2. *De homine penitente*
Denis Codd. mfs. theol. Bibl. Palat.

adhuc in seculo manente. Epistola in edit. rejecta ad T. XI. col. 230. Fol. 113. p. 2. *Ad demetriadem virginem christi ultimam.* Epistola ab Editoribus *Pelagio* tributa et reposita ad T. XI. col. 1. Ad calcem: *Explicit et finitum est Anno domini Mill. CCCC 58 In die sanctissimi leonardi per fratrem Conradum.*

II. fol. 123. *Incipit Expositio beati Augustini episcopi super Epistolam. S. Iohannis apostoli et ewangeliste.* Initium: *Meminit sanctitas uestra ewangelium Secundum iohannem &c.* Legitur edit. *Maurianae* T. III. P. 2. col. 825. X. *Traetatibus* comprehensa, qui, ut Editores notant, in *Codd.* passim *Sermones* vel *Homiliae* audiunt. In nostro ante singulos initio diligenter notatur, qua *Paschatis* feria ad populum prolata fuerint.

Hos *Traetatus*, ut praeuius *Index* docet, olim in *Codice* sequebatur *Scriptum Henrici de Hassia de Antichristo et Schismate contra Theologorum* (*Telesphorum eremitam*) sed jam ante *Seb. Tegnagelii* tempora evulsum fuerat.

III. fol. 158. *Augustini Sermones* varii XXXVII. quorum Primus rubro notatur: *Omelia XXVI. b. augustini. ut silentium sit in ecclesia,* et a *Maurianis* rejectus est in *append. T. V. col. 504.* ut *Caesarii.* *Omelia XXXI. de eo quod dicit meum est aurum et argentum fol. 166.* p. 2. initio et fine mutila est. Integra extat edit. *Maur. T. V. col. 276.* Om. XXXII.

XXXII. de dauide et golia fol. 168. tantum pars est illius, quae integra habetur *T. cit. col. 158.* *Om. XXXIII. et XXXIV. rejectae sunt in T. cit. append. coll. 131. et 100.* Eodem remissa etiam est *Om. XXXVI. col. 528. et Om. XL. col. 523. Item Om. XLVI — IX. coll. 179. 102. 521. 155.* Reliquae omnes una cum ea, quae numero L. insignita est, ut *Augustini genuinae, T. V. cit. leguntur.* Huic tamen adhaeret *Anonyma* quaedam de *S. Scripturae diligenti Lectione*, quae incipit: *Propicio christo fratres carissimi ita lectionem diuinam audio et sincero corde semper excipiatis &c.* quamque inter *Sermones ad Fratres in Eremito* ordine LVI. in *append. T. VI.* reperio. Post intervallum unius pag. sequitur fol. 192. alia manu Residuum supra dictorum XXXVII. *Sermonum.* Et primus quidem de *aduentu domini Augustino* inscriptus legitur in *Mauriana edit. Ambrosii T. II. append. col. 392.* incipitque: *Satis habundaque dixisse me credo.* Secundus pariter, uti et sequentes, *Augustino* tributus de *aduentu domini et contra iudeos*, cuius Initium est: *Uos inquam convenio, o iudei &c.* habetur inter rejectos in *append. T. VIII. col. 15.* estque fragmentum solum longioris Sermonis, qui ibi de *Symbolo contra Iudaeos, Paganos et Arianos* inscribitur. Versus *Sibyllini* in eo citati depromti sunt ex *Aug. L. XVIII. de Civit. Dei c. 23.* legunturque cum eadem clausula: *Haec de Christi Nati-*

uitate et Passione &c. in *Petri Blesensis L. contra Perfidiā Iudaeor. Bibl. PP. Lugd. T. XXIV. p. 1209.* Tertius: de *incarnatione domini. Legimus sanctum moysen &c.* rejectus est in *append. T. V. col. 401.* Quartus: de *Natiuitate domini subtilis et bonus. Filius dei, idemque filius hominis &c.* extat inter genuinos *T. V. col. 900.* Quintus: de *natiuitate domini. Oportet nos fratres karissimi gaudere &c.* non reperitur in *Aug.* apud alios quoque frustra quaesitus. Narrantur in eo ostenta illa, quae Servatoris natales praesire debuissent: oleum Romae manasse, Bovem et Agnum locutos &c. Sextum ejusd. Argumenti: *Dominus noster ihesus christus &c.* habes *T. cit. append. col. 230.* Septimus: de *epiphania domini. Gaudete in domino dilectissimi &c.* nec inter *Augustini*, nec inter *Ambrosii, Leonis, Eusebii &c.* Sermones invenitur. Idem dicendum de *Octavo et Nonno*, quorum ille de *purificatione: Hodiernus dies magnum nobis contulit gaudium &c.* hic de *quadagesima et ieiunio: Moyses quadraginta diebus &c.* incipit. *Decimum de ieiunio et elemosina: Rogo uos et admoneo &c.* inter *Eusebianos Bibl. PP. Lugd. T. VIII. p. 820.* deprehendi; *Undecimum* vero, qui numerum XXXVII. *Sermonum* complet, de *sancto laurencio martire: Beatissimi laurencij martiris cuius natalem bodie &c.* in *append. T. V. Aug. col. 341.* quanquam etiam inter *Ambrosianos* olim receptus fuerit.